



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 23. An liceat famulari hæretico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

caturam vel studeant, paulatim enim inbibunt, aut saltem molliuntur ad errores, incipiunt liberiis transgredi præcepta Ecclesiæ &c. Idem dicit de illis, qui sine rationabili causa multum conversantur cum hæreticis, nam ad eadem veniunt, falsas propositiones sibi imprimunt, & quando hæreticorum conversatio ac mores magis placent, incipiunt minus affici ad Catholicos.

Q: 23. An liceat famulari hæretico. R: De hoc 102 fusè agit Gob. in Quin. t. 5. c. 33. a. n. 93. & in Exp. t. 5. a. n. 313., cum quo in plerisque consentio, unde sit,

§. 1. Si quis famulans hæretico, ob conversationem illam sit in proximo periculo deficiendi à Fide, Jure naturæ tenetur statim discedere cum quocunque etiam incommodo, quia non licet permanere in proximo periculo peccandi, uti dicetur I. 5. à n. 252.

§. 2. Licet periculum illud absit, si tamen famulus impediatur in observatione præceptorum Ecclesiæ, v. g. quia debet carnes diebus ventitis comedere, festis laborare serviliter, negligere Missâ &c.: servitiū est illicitū, nisi excuset notabile incommodum, uti recte Nav. Bonac. Sanch. Surar. Laym. & Alii communiter cum Castrop. t. 22. p. ult: n. 6. Ratio est, quia præcepta Ecclesiæ ad suâ observationem obligant, nisi grave damnum intercedat, tum autem esset grave damnum, si vel deberet amittere suum salarium, vel non posset invenire Dominum Catholicum, à quo acciperet ultra dimidium illius, quod ab hæretico accipit; si tamen à Catholicô tantum accipere posset, v. g. 6 florenos, & ab hæretico 7:, non esset notabile damnum: quod si 4 tantum accepturus esset à Catholicô, videtur respectu ipsius

fore notabile dampnum , nisi aliunde haberet , quo ordinariis suis necessitatibus sufficienter provideret.

104 §. 3. Si raro impediretur ab observatione festi , liceret servire haeretico , dummodo aliud nihil obstat : Ratio est , quia etiam difficile est reperire Dominum Catholicum , qui quandoque ita non impedit famulum , uti recte *Suar. & Laym.* ; si quis autem singulis mensibus bis deberet impediri , ille non raro , sed frequenter impediretur in anno.

105 §. 4. Si quis communiter impediatur die festo , quominus templum adeat , sed ex justa causa , quia ne in peccato occupatur in ministerio juxta vivendum modum necessario , v. g. quia debet custodire pecora , vigilare in excubiis militaribus , navigare in mari per duos tresve menses , esse tabellarius per loca haeretica , non ideo tenetur deferrere Dominum haereticum vel officium , ita *Laym. Sa. Gob.* Ratio est , quia illa etiam apud Dominos Catholicos excusat ab observatione praceptorum Ecclesiarum .

106 §. 5. Si quis ex justa causa serviat haeretico , & diebus vetitis habeat unum ferculum quadragesimale ultra panem , non licet illi vesci carnibus , quia etiam famuli apud Catholicos talibus diebus debent ita contenti vivere : si omnia alia negarentur , ut sic adigeretur ad carnes , non licet ei comedere , nisi præviâ expressâ protestatione , quod ex necessitate faciat , alioquin ageret in contemptum fidei : Causa autem sufficiens ad carnes tum comedendas non est periculum irrationis , sed necessitas , quia vita aliter sustineri , vel labor debitus persolvi non potest.

§. 6.

§. 6. Antequam quis addicat operam hære-
tico, debet expressè apponere conditionem, ut
permittatur observare præcepta Ecclesiæ, alio-
quin exponit se proximis periculis non obser-
vandi præcepta illa, ad quæ hic & nunc tenebi-
tur; poterit autem appositâ tali conditione tol-
lere impedimentum proximum, ergo ad hoc te-
netur.

Q: 24. An licitum sit Catholico administrare offi- 108
cium politicum apud hereticos. R: Licitum est, si offi-
cium nullam habeat communicationem cum
ipsa hæresi; si autem talem communicationem
vel cooperationem habeat annexam, v.g. quia
débet instituere Prædicantes, aut quoquo modo
ordinare ministeria ad hæresin spectantia, est illi-
citum, quia non licet cooperari ad hæresin, neq;
eam defendere, ad quod tamen ejusmodi Offi-
ciales sæpe tenebuntur: neque hic est tantum
materialis cooperatio, nam agunt tanquam sub-
ordinati intentioni supremi Principis hæretici,
cujus autoritate ea faciunt, ergo etiam directè
& formaliter tendunt in malum, quod Princi-
pes illi intendunt, ita Pet. March. t. 2. t. 2. t. 2. f.
5. q. 3. d. 1.

Q: 25. An liceat Catholico promovere, v.g. ad Pa- 109
rochiam, aliquem Ministrum hæreticum, quem putat
minus nocitrum veræ Religioni. R: Si id faciat per
consilium tantum, vel per process & intercessio-
nem, licitum est, quia potest consuli minus ma-
lum, ut impediatur majus alioquin eventurum:
& tum non consulit absolute malum, sed sub
conditione, si alter eorum aliquem est electurus,
ut eligat hunc præ illo: hinc etiam secundum
Lugo d. 14. n. 170. non videtur illicitum, si Pa-
tronus